

Sanctus

*Divinum misterium semper declaratur,
et mens infidelium tumens excecatur,
firma spes credencium fide roboratur.*

Sanctus

*Fides est summopere credere in Deum,
panem sacrum edere et tractare eum,
iubet dicens „sumite, hoc est corpus meum“.*

Sanctus

*Panis prius cernitur, set dum consecratur,
caro tunc eficitur christi, sic mutatur.
Quomodo convertitur? Deus operatur.*

**Dominus Deus Sabaoth,
pleni sunt celi et terra
Gloria tua. Hosanna!**

*De vino similiter, sic sit benedictum,
ex tunc est veraciter sanguis Christi dictum,
credamus communiter, verum et non factum.*

**In excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna!**

*Aqua super calicem posita cum vino,
verus homo factus est Deus sic omnio.*
In excelsis.